

242.

Viro Excellentissimo  
 Carol. Linnæo  
 S. et O. d.  
 Brückmannus. M. Doct.

Responsorias Tuas ad varias meas et generi mei, qui vitam Tuam edidit<sup>1</sup>, epistolas de mense in mensem exspecto, simul cum novis litterariis Svecicis, lapidibus figuratis, marmoribus ac mineris, quarum copiam transmittere jam diu gratiose promisisti.

Mitto hac occasione duo nova scripta et Achatem in Principatu Blanckenburgensi noviter detectum.

Vale reliquum et favore Tuo prosequi perge Tibi deditissimum.  
 Scrib. Wolffenhüttelæ d. 10 Aug: 1750.

Linn. Soc., Vol. II: 234.

<sup>1</sup> Denna Linnébiografi är för utgifvaren obekant.

### BRÜNNICH, MORTEN THRANE.

Född 1737, professor i naturhistoria vid universitetet i Köpenhamn, sedermera chef för silfververket i Kongsberg, död 1823. Han intresserade sig mest för zoologien och har författat en mängd skrifter i detta ämne.

243.

Domino Perillustri  
 Experientissimo Celeberrimo.

Progressum meum, si quem fecerim, in historia naturali scriptis Tuis, per orbem terrarum nunquam satis laudandis, maxime debeo, adeò ut Te, Vir Perillustris, licet absentem, meum gratò animò agnoscam Duc-torem: Permitte itaque, ut huncce Prodromum insectologiæ Siællandicæ<sup>1</sup>, tanquam primitias laborum meorum, Tibi offeram; accipe propitius hoc qualecunque deuotæ mentis munus. Exempla exstant euidētissima